

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

4. Dies Novemb. Sic nos agere debemus , ut non tanquam propter corpus
vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore. Seneca epist.
15.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

878 Christiani Militis Novemb
mus vitæ exitus , qui si praxi illa non concludit
spes vitæ illuditur , votum salutis fallitur, hæc
non tantum est salutare , sed pro salute necessaria
denique hæc omnia:

Qui scit laudatur , qui nescit viuperatur.

4. DIES NOVEMB.

Sic nos agere debemus , ut non tanquam proper
corpus vivere debeamus , sed tanquam non pos
simus sine corpore. *Seneca epist. 15.*

Mortifi-
catio.

PRIMA scientia Sanctorum ru
menta , fateor sunt corpori pe
quam rudia , sed spiritui utilia
prima enim in ejus schola letio
est carnis mortificatio , non terreas verbi asper
te , frange corticem qui amarus , ut gustes nucleus
qui suavis est , ne attendas verbum , sed expende vi
bi sensum. Hæc quam times carnis mortificatio , et
quam optas cordis vivificatio : sic moriendo fugi
mortem , acquiris vitam : quid ? an ergo tyranus
Deus qui nostris se oblectet doloribus , qui sibi pla
ceat in nostris cruciatibus : qui pascatur nostra in
ediâ , qui reficiatur nostra siti , qui ditetur nostra
state , qui exultet nostris gemitibus , cui dulces fit
mulos , jucundum filios suos dilectos & sic dilecta
toto corpore , ciliorum asperitate vestitos , flago
rum diritate laceros , sanguine nostro cruentos , om
ni denique solatio destitutos , mærore oppreslos in
tueri ? quasi non posset nos , nisi sic afflictos rapi
profecto , necesse est mortificatio sit bonum in
comparabile , & illius boni emolumentum sit in
estimabile , cum ille bonus , & misericors Deus ,

cum

Novemb.

Tessera.

879

cum ille patet amabilissimus illam nobis tam læpè, tam accuratè, tam impensè per se, per Unigenitum suum, per Prophetas, per Evangelistas, per Apostulos, per primos Ecclesiæ Magistros voluerit nobis commendare, imò & mandare, quomodò Jesus nostri magis, quām nosipsi amans, tam mitis, & humilis potuisset enuntiare hæc verba. (a) *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat cruentum suum quotidie: nisi sciret ex hoc semine ubertiam nobis inde posse accrescere & gratiæ, & gloriæ segetem?*

II. Age fructus inde crescentes, ut simus cum Joseph, filii accrescentes, suis momentis trutinemus. Si quis pater filium haberet, euinque primogenitum, imò quod caput est unigenitum, morbis non tantum plurimis, sed maximis infestatum: si laborarent pedes podagra, manus chiragrâ, alii artus seyathicâ, stomachus cholicâ, totum corpus gangrânâ; si jaceret in Nosocomio uti Job in simeto, qui esset portiùs simulacrum cadaveris, quām figura hominis; ejusque pater calleret arcanam aliquam artem sibi uni notam, aliis ignotam, qua posset sine difficultate, facile, sine impensis, gratis, sine cunctatione, citò, illi mederi; totque ac tanta malâ pellere, ac pristinæ valetudini restituere, si artem illam celaret, nec eâ ad solarium filii uti cuperet. Huncne dices patrem, an carnificem? hunc ne censeris erga filium medicum, an contra filium Tyrannum? huncne interpretareris filium prosequi amore, an persecui odio? quis unquam Nero ferocius sævisset in copus clicujus

Catho.

(a) *Math. XI. 29.*

880 *Christiani Militis* Novem
Catholici, quām hic filii sui unigeniti una eesset on-
nium sententia, hunc talem non modò è parente
eradendum catalogo, sed nec in hominum re-
sendum numero; qui sic filium detestaretur ut ne
tantillo labore, suum in filium vellet affectum
stari.

III. Quod damnares ab homine fieri, ne probe-
si id faciat Deus, non est pater qui sic diligit filium
& Deus hominem utope pro quo factus est homo,
nec Job in suo sterquilinio tot fuit oppressus in-
mitatibus, quot homo post casum primi homini
utope cuius tanta est infirmitas, ut à planta pedis
que ad verticem capitis non sit in eo sanitas: unicuius
est pharmacum mōrbis tantis proscribendis, ne
tantum utile sed facile, mortificatio, hanc nobis pro-
ponit magnus ille Medicus, de quo olim virtus
bat, & sanabat omnes, illam nobis non tam
commendat, sed inculcat, imò ut hoc tam necessa-
rio utaris medicamento, non tantum mandat per-
cepto, sed præxit exemplo, sumit in manus calicem
cujus haustu eris sine ullo morbo in pristino stu-
(a) potestis bibere calicem quem ego bibiturus jam
propinat & sic invitat, ut bibas, præbibit. Hoc cali-
cē homo affectus suos componit, appetitus
exorbitantibus modum imponit, purgat intelle-
ctum: renovat spiritum, in pristinam afferit se-
tute libertatem, extinguit libidinem, proscribit im-
diā, exterminat iracundiam, denique omnibus
eximit infirmitatibus, qua igitur fronte exoptet
quis reticuisse Deum, nec judicasse tam salutare re-
medium, tam necessarium pharmacum? cur has
medicinas?

(a) *Math. 20. 22.*

Novemb.
e effec
é paren
um rec
erur utr
fectum

, ne prob
igit filiu
est hom
esus in
i homini
a pedic
is : unic
ndis , an
nobis pr
virtutem
on tunc
m necess
undat per
s calicen
no fuit
Hoc cal
titionibus
ar intelle
rit e ferre
ribit ini
minibus
e exopt
dulcarete
cur has
medi-

Ubi præ- I.
tessit cul-
pa; sequa-
tur pœna:

Novemb. *Tessera.* 881
medicina ad salutem non utamur ? sit licet hæ medici-
tina amara carnii , est charamenti , carni non indul-
geas, ut cœlestia sapias:

Incrassata caro, gustat cœlestia raro.

5. DIES NOVEMB.

Pœnitentia appellata quasi punientia , eo quod ipse
homo in se pœnitendo punit, quod male amisit:

Hugo l. 3. de mysteriis Ecclesie.

Altera arcanæ illius scientiæ, de
qua heri, lectio , est sui ipsius
Deo oblatio. Primas in omni-
bus tribue qui est omnium
primitus, utpote principium. Illi offeres primas vitæ,
qui vitæ tuæ est dominus, cui enim potiori jure vives,
quam ei à quo habes quod vivis ? nec enim usquam
vives veritus, nimirum felicius. Deo ut vivas, tibi,
mundo, peccato motere. Eidem ut placeas, ejus justi-
tiam misericordiâ placa. Sicut nullum est in momen-
tum quo illum in te non expetiris beneficium , sic nec
momento illum sustine offenditum ; quia æterni est in-
tensus discriimen, gravius aliquid, vel momento, fo-
visse crimen. Quid si differatur ultra terminos mis-
ericordiæ, & praetidatur spes veniae ? satis ut metias ne
pereas, est posse perire. Multis id saepius evenit, tu ca-
ve & time, ne tibi eveniat. Offensa omnis in semita
celi , error est tantò periculosior, quantò proli-
xiot. Cogita vias tuas, & si ducant per devia, conver-
te pedes tuos : quo pergis diutius, recedis longius, re-
dibis difficultius : nolle in calle errorem corrigeri , est
velle ruinam incurrire : nolle redire, est velle petire:
tudeas ergo in mente, ut redeas in rectum calle,

Pars III.

Kkk

anteg-